

qui audit, dicat: Veni: Et qui audit, veniat: et qui vult, accipiat aquam vitæ, gratis. Contestor enim omni audienti verba prophetiæ libri hujus: si quis apponerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ hujus, auferet Deus partem ejus de libro vitæ, et de civitate sanctâ, et de his quæ scripta sunt in libro isto. Dicit qui testimonium perhibet istorum: Etiam venio citò: Amen. Veni Domine Jesu. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

*In secundo Nocturno. Lectio IV.*

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

*De Serm. 2. in Adv. Domini.*

**M**ANIFESTUM arbitror, quænam sit virga de radice Jesse procedens, quis verò flos super quem requiescit Spiritus Sanctus. Quoniam Virgo Dei Genitrix virga est, flos Filius ejus. Flos itaque Filius Virginis, flos candidus et rubicundus, electus ex millibus. Flos in quem prospicere desiderant Angeli, flos ad cujus odorem reviviscunt mortui: et sicut ipse testatur, flos campi est, et non horti: campus enim sine omni humano floret adminiculo, non seminatus ab aliquo, non defossus sarculo, non impinguatus fimo. Sic omnino, sic Virginis alvus floruit, sic inviolata, integra et casta Mariæ viscera, tanquam pascua æterni viroris florem protulere; cujus pulchritudo non videat corruptionem, cujus gloria in perpetuum non marcescat.

*Lectio V.*

**O** Virgo virga sublimis, in quam sublimæ verticem san-

ctum erigis! usque ad sedentem in throno, usque ad Dominum majestatis. Neque enim id mirum, quoniam in altum mittis radices humilitatis. O verè celestis planta, pretiosior cunctis, sanctior universis! O verè lignum vitæ, quod solum fuit dignum portare fructum salutis! Jam advertiatis (ni fallor) quoniam Virgo regia ipsa est via, per quam Salvator advenit, procedens ex ipsius utero, tanquam sponsus de thalamo suo. Tenentes ergo viam, studeamus et nos, dilectissimi, ad ipsum per eam ascendere, qui per ipsam ad nos descendit: per eam venire in gratiam ipsius, qui per eam in nostram miseriam venit.

*Lectio VI.*

**P**ER te accessum habeamus ad filium, ô benedicta inventrix gratiæ, genitrix vitæ, Mater salutis: ut per te nos suscipiat, qui per te datus est nobis. Excuset apud ipsum integritas tua, culpam nostræ corruptionis; et humilitas Deo grata, nostræ veniam impetret vanitati. Copiosa charitas tua, nostrorum cooperiat multitudinem peccatorum; et fecunditatem nobis conferat merrorum. Domina nostra, mediatrice nostra, advocata nostra, tuo Filio nos reconcilia, tuo Filio nos commenda, tuo nos Filio representa. Fac, ô benedicta, per gratiam quam invenisti, per prærogativam quam meruisti, per misericordiam quam percepisti; ut qui te mediante fieri dignatus est particeps infirmitatis et miseriæ nostræ, te quoque intercedente participes faciat nos gloriæ et beatitudinis suæ, Jesus Christus, filius tuus Dominus noster, qui

est super omnia in sæcula.

*In te*

*L*

Lectio sancti

Lucæ

**I**n illo tem

Parentes

legem Domi

nam, in civi

Puer autem

tur, plenus s

erat in illo.

Homilia sancti

Hom. 63. De

et Lucæ

mini

**C**UM di

tuus,

habemus te,

sciebatis, q

esse, quæ F

enim sic se v

rum, ut no

Dei. Filiu

lius Dei: c

autem homi

de Virgine

habebat utr

bamus? J

tuus, et ego

te. Non e

tres, maxi

seminarum

tam sancta

riæ. Chr

lus ad eam

Ecce conc

Filius; et

sum: Hic

Altissimi v

rere Filio

millima: n

dine nom

Ego et Pa

inquit, et